

tionem demum à S. Maria de Galve ex tunc dictam, antea vulgo que Panzacola, ubi accessere, undique ipsam Noster terra mari que lustravit, Promontoria dinxit nominibus, è quies unum ab eo Siguenza dici socij voluere, quod hodieque audit, extructa ibi munitissimā Arce & trecentorum collocato præsidio militum. Recessus aperuit, Flumina, Fluvia que navigavit, Terras circumplexit conquerendorum Indorum ergo, ipsarumque notitiam hau-riendi, quies agnominia dedit, non nulla inde traducta quòd similes Mexicanis aliquot locis sicut visé, ut qui Iztacalco, amoenissimo propè Mexicum Pago lin-tre multipli quotidianis frequen-ti, & qui Baratillo in Urbis Fo-ro nuncupatus fuit ab heterogeneis multis nullius pretij rebus inibi venditatis. Sacrum ut ere-xerat in terra Vexillum Crucis, alijsque Christianæ pietatis offi-cijs operam dederat, tabelæ lu-geographicæ instaurit conscriben-dæ. Tum ulta progressus comi-tatusque Præfecto & naucleris, Móvilam explorandam petivit; insuper insigne Flumen Missipi dictum aggressi fuerit, quod por-ro immensa deciduorum mul-titudine arborum, obicibusque alijs detenti, dimetiri, ut in vo-tis habebant, prætermisserunt: De quo verba fecerat in Trophœo Hispanæ iustitiae pag. 75 P. Hen-nepin Capuccinum Gallū prop-terca carpens, quòd in Louisiana

sua scripsiterat terras illas fluvium que Missipi, alias de la Paliza-da, Hispanos latuisse, qui tamen jam diu in Historias hæc rede-gerant à se perlustrata.

674 Ea Carolus defunctus Provinciâ, Mexicum repetit so-litaque exercitia, atque Histori-cam, quam inferius dabimus, Descrip-tionem mox à se vixa Pan-zacolæ & Movilæ appositissimè elucubravit. Tandem molestam per annum ægritudinem ita tulit, ut mirantibus Medicis, acerbos inter dolores, Ecclesiastici pen-sum officij solverit, viribusque de-fectus, ad isthac Religionis ner-vos intenderit. Frequentissimè animum expiatbat confessione, cœ-lestiq̄ reficiebat Synaxi. Multa pro-fe fieri sacra jussit, stipe consti-tutâ, eo quo ægrotabat tempore, pluraque itidem agenda post mortem disposuit. Infirmis ut defunctus auxilio esset & Medi-cis, intima corporis sui ope Chi-rurgi secti, explorari atque accu-ratissimè dispisci voluit, è quies grandior avulsus fuit calculus Ilias que dolorum. Penes vitę termi-natum constitutus, Societatem JE-SU, quam retro coluerat, inti-mèque dilexerat, nuncupatis votis amplexatus est.

675 Postremas piissimè ta-bulas condidit, facultates, nec opu-lentas quidem, nec vero mini-mas, non in consanguineos tan-tum pauperes, sed in alios & pia-loca distribui jubens, pro ut ejus, quæ mox nominabimus, nepos fi-

delissimè est executus statim ab obitu avúculi, qui excesserat die 22 Augusti anno 1700, etatis sua 55. Funus ejus actum solennissimè fuit in Collegio Maximo Societatis JESU, assistente Doctorum Confessu, & gravissimâ multorum coronâ, ejusque corpus in Sa-cello à Purissima nuncupato repositum. Scripta ejus plurima fuere, quibus utinam vel ineditis frui licet dolentibus nobis pleraque aut latere in alicujus putoe Democriti, aut, quod deterius crit longè, irreparabili intercidisse literaria Reipublicæ damno. Edita recensibimus primùm, quibus Manuscriptorum series accedit. Sunt illa quidem Poetica, Sym-bolica, Panegyrica, Philosophica, Mathematica, Historica, Concio-natoria, Critica. Hispano sermo-nis typis commisit

Ver Indicum, Poema sacrum Epicum, idæam Guadalupæ Mexica-de parentis Virginis Imaginis, è floribus miraculo jam pridem depictæ, Mexici, anno 1668 in octavo. Rursusque apud V. Bernardi Calderon 1680 in quarto. Vernantissimum sane, Opusculum qui legit, nemo non dicit, mirarique subit Authoris ingenium floridissimè numeris ludens ante 18 etatis annum, atque suaveolen-tibus flosculis præcocibus & mul-tigenis, proludens edendis mox à se optimis sapiendissimisque eru-ditionis fructibus. Extat tom. 58 collectæ nostræ.

Decora Queretari in novâ Eccle-

longè, quām ab Mexicanorum Annalibus improbo labore multorumque annorum studio comparaverat sibi, quoque opportūnē usus, antiquorum Americā nostrā Imperatorum virtutes politicas imitandas Principib⁹ obtulit, Præludijs tribus docte in antecessum Theatri conscriptis.

*Triumphus Parthenicus ab Regia & Pontificia Universitate Mexicana-nensi in gloriam Sanctissimā Deiparentis citra hereditariam noxam genita, celebratus eo biennio, quo ad clavum Academiæ sedebat D. D. Joanes de Narvaez, mox Primarius Sacrarum litterarum Interpres, &c. Mexici, litteris Joannis de Ribera anno 1683 in quarto. Politissimum & omnigenā conditum eruditione Volumen hocce Mexicanæ Academiæ adversus Deiparentis Virginis Conceptionem Purissimam officia pietatis eximiæ, ingeniorum monumenta pulcherrima, pompaque festivissimam referit, quæ biennio illo adjecta fuerat jam pridem habitiæ ea de causa non sine multo apparatu festis, quibus annuatim mirè crescentibus, Oſtiduum succedit gravissimum, hodieque quotannis in honorem Immaculatæ Virginis instauratum. Id præterea Operi præcium addit, quod geminam exactè Concer-tationem Poeticam palam afferat, in eundem plaudendi conceptam sine crimine Deiparentis scopum tendentem, excrip-tis cū Latinis, tum Hispanis car-*

minibus, quæ à floridissimis profecta Musarum cultoribus, visa fuere judicibus palmam ceteris, contempnendis neutiquam, præripuisse. Adhuc, monumenta alia lector inveniet ab Academicis suspicienda viris eo nomine, quod multorum illustrum Doctorum Imagines & acta præferant, opportunè captâ occasione ab id temporis dedicatâ pro Scholasticiæ actibus novâ Aulâ amplissimâ ornatisimâ, Immaculatæ Virginis plausibus frequentari aſſicatisimè cæpta.

*Paradyſus Occidentalis beneficâ & liberali Catholicorum admodum & Potentissimorum Hispaniæ Regum nostrorum manu plantatus & cultus in magnifico Regio Cenobio à Iesu Maria Mexicano. Mexici, formis Joannis de Ribera anno 1684 in quarto magno. Historia est absolutissima Regalis Monialium Conventus, cuius conditionem & incrementa Vitasque V. M. Marinæ à Cruce, & aliarum virtutibus florentissimarum Sororum accuratissimè Author exponit, faslus in Præmio, strictiores se Historia conſcribendæ leges obſervaturum, quas ad unguem fer-vasse Opus ipsum edocet, ſive ſtyli caſtitatem elegantiam conjunctam velis, ſive in enarrandis rebus methodum aveas, ſive, que primas in Historia partes habet, veritatem exoptes, pro qua indiganda, quotquot editi Libri uſi eſſe poterant, evolvit ac legit, monumentaque plusquam cen-*

centum, & dicta testium adjecit, quos non ſemel examinavit.

*Expoſitio Philosophica adverſus Cometes imperij expoliatos quod ha-buerant in timidiore. Mexici, 1681 in quarto. Opella hac excusa fuit occaſione Cometæ uſque à diuidio fere Novembri 1680 appa-rentis, atque, ut fit, panico ter-to pletoſque occupantis, creden-tes ſinistra Orbi illum inſolita-tem figure ignem & inauſpicata ominari, quo ut eos metu libe-raret & præjudicio Nolter, pro egregia luâ & in Mathematicis & in Historicis eruditioне, bre-vem luci publicæ dedit Codicem. Quod autem Opusculum hocco tres habuerunt oppugnatores, qui impræſsis illud diſertationibus ſunt aggredi, eorum uno despi-ciatuſ habitu, ut qui toto celo à Mathematicâ erraret & Philoſophiâ, duobus alijs respondit Apologeticis ſtatiuſ viriliter & ſapienter ornatis, primo qui-dem inedito, de quo infra me-moriā habebimus; edito al-tero, quod mox ſubdimus, hoc titulo*

*Libra Astronomica & Philoſophica ad quam D. Carolus de Siguenza & Gongora Cosmographus & Mathema-ticuſ Regius in Academia Mexicanenſi revocat nedum ea que adverſus Ex-positionem Philosophicam in Cometas ſuam oppoſuit R. P. Eusebius Fran-ciscus Kino Societatis IESU; verum ea etiam que R. P. ipſe opinatus eſt, demonſtrare que credidit in Ex-poſitione Astronomica Cometæ anni 1681. Mexici, ex Officina V. Bernardi Calderon 1690. Quamvis enim Liber hic anno 1682 pra-eſto paratus fuerit, ut ex Approba-tionibus & Licentijs eo anno ſubscriptis certiuit, Authore ta-men modeſtè obſiſtente publica-tioni, latuit in Amici ſcrinio ad anuum uſque 1690, quod pri-mis homines præjudicijs ma-le ſibi cæperint auſpicari ab viſo matutino Cometæ majori Decem-bris parte præcedentis anni 1689. Amicus porro ille Nolter, cui ac-ceptum debervis aureum hunc Librum ſumptibus ſuis excuſum, fuit D. Sebastianus de Guzman & Cordova, Hydrographia & Nautica peritissimus, quas ab in-signi Mathematico Hilpano D. Franciſco de Rueta haueſrat, to-tosque annos 26 in praxim du-kerat felicissime, Mexicique ſi-militer procurationi Regiæ va-cabat. Nec eo tantum iſi ſu-mus obſtriči nomine, ſed hiſ etiam quod multos Caroli Libros à ſe lectos reſtaſus fuerit in Pro-cesso Astronomica Libræ præfixo, à ſe politissimè concinnato, ubi corum argumentum pandit & nucleum.*

*Historica narratio evētuum Ameri-canæ Clafis de Barlovento diſta, pe-nes extrema anni 1690 & initia 1691. Victoria adverſus Gallos aquilonaria Hispaniolæ littora oc-cupantes, ab Inſula Hispanis militi-bus ſub ejusdem Clafis præſidio obte-nuta. Portu Guarico Pagis que finitimiſ ſtam̄a correptis, fovente providente*

que  
1681. Mexici, ex Officina V. Bernardi Calderon 1690. Quamvis enim Liber hic anno 1682 pra-eſto paratus fuerit, ut ex Approba-tionibus & Licentijs eo anno ſubscriptis certiuit, Authore ta-men modeſtè obſiſtente publica-tioni, latuit in Amici ſcrinio ad anuum uſque 1690, quod pri-mis homines præjudicijs ma-le ſibi cæperint auſpicari ab viſo matutino Cometæ majori Decem-bris parte præcedentis anni 1689. Amicus porro ille Nolter, cui ac-ceptum debervis aureum hunc Librum ſumptibus ſuis excuſum, fuit D. Sebastianus de Guzman & Cordova, Hydrographia & Nautica peritissimus, quas ab in-signi Mathematico Hilpano D. Franciſco de Rueta haueſrat, to-tosque annos 26 in praxim du-kerat felicissime, Mexicique ſi-militer procurationi Regiæ va-cabat. Nec eo tantum iſi ſu-mus obſtriči nomine, ſed hiſ etiam quod multos Caroli Libros à ſe lectos reſtaſus fuerit in Pro-cesso Astronomica Libræ præfixo, à ſe politissimè concinnato, ubi corum argumentum pandit & nucleum.

Eeeeeee

que

que Excmo. D. D. Gaspare de Sandoval, Cerdá, Silva, & Mendoza, Gomíz de Galves, &c. meritiissimo Pro-Rege, Gubernatore, & Duce generali Nova Hispania. Mexici apud H. V. Bernardi Calderon 1691 in quarto. Hancce Historicam narrationem scribendi officium idem Excmus. Pro-Rex injunxit Noltro, traditis ei Epistolis & Diariis exactissimis ad se missis ex Hispaniola, quies usus Opuscule majoris operæ mox signando prolatus. Nomen quamvis Caroli non præficerat, eum tamen Authorem habuisse indicat & editionis character & editionis, Pegasum in fronte gerentis, qua ille tessera Scripta sua omnia & Ephemerides annuas signabat: Tum etiam Pro-Regis cum eo consuetudo, ejus ad id genus negotia unius calamo utentis. Exstat t. 59 Collect. nost. in quarto.

*Hispanæ Trophaeum Justitia in Gallicam animadvertentis perfidiam apud Hispaniolæ littora. Mexici, typis H. V. Bernardi Calderon 1691 in quarto. Narratio est historica & pulchra corum que fortissime ab memorata Infula Hispanis gesta fuere adversus obdidentes & incursantes ripas suas Gallos mensē Januarij 1691, Americanā illuc classe appellente 9 Novembri præteriti proximè anni, ipsam ducente D. Hyacintho Lopez Gixon.*

*Infortunia Alphonsi Ramirez circum per Orbem euntis, Mexici eisdem formis 1693 in quarto.*

*Mercurius volans & novam Mexicanum restauratam præferens. Mexici, mox dictis Calchographia & anno.*  
*Orientalis Planeta Evangelicus, Epopœya Sacro-Panegyrica Indianarum Apostolo magno S. Francisco Xavero. Mexici, è Domo D. Matiae de Benavides 1700 in quarto. Prodigij egregium Poema istud posthumum curis D. Gabrieles Lopezij de Siguenza, Authoris, eo tempore recens mortui, nepotis, qui scriptum ab avunculo Codicem ante 32 annos, jamque ex tunc 14 Augusti 1668 approbatum ab Illmo. D. D. D. F. Antonio de Monroy è Generali totius Præd. Ord. Magistro Archiepiscopo Compostelano, ea tenuitate illustre Mexicum Collegium de Porta-Cœli regente, multisque Poema & Authorem laudibus effrente.*

*Descripicio Sinus S. Mariae de Galve (antea Panzacola dicti) Movile, Fluminisque de la Palizada, aut Nissipi ad septentrionalia Mexicanæ stationis, quo ductus fuerat ab Excmo. D. D. Andrea de Pes, Regij Indianarum Confilij Gubernatore, tunc cum Prefectum Americanae clavis de Barlovento agebat. MSS postquam ea descriptione usus fuerat D. Gabriel de Cardenas Cano pro sua Chronologica ad generales Floride Historiam Prolusione, impressam in folio se videlicet ipse est in ejusdem Libri Ilagoge.*

*Heroica D. Ferdinandi Cortezij*

*pictas; Opusculem editum esse testatur D. Caietanus de Cabrera in Gentilitijs Mexici, ejusque fragmentum proposito suo opportune transcribit pag. 334. n. 663. à cap. 10 n. 114 ejusdem Opusculi.*

Prætermittimus annuas, quas edebat Astrologorum ritu solito Predictiones, id est Libellos neutriquam pænitendos, pro anni temporatibus idque genus tradendis, quos accuratissimè elaborabat, dicere solitus, citra piaculum oscitanter scribi non posse, fumosque & nugas Reipublicæ venditare, ac per negligentiam ementibus illas imponere.

Et de typis exculis Nostri Libris hactenus.

Inedita reliqua sunt nebis, de quibus & memoratus mox Caroli nepos in Nuncupatoria Xaveriano Poemati à se data, memoriam habet, & dudum laudatus Editor Libræ Astronomicæ, in Proctorio, & Betancurii, in Cathalogo Authorum & Monumentorum quæ sibi usui fuerer pro Theatro Mexicano, atque in hujus Antecessu, post Monitum ad Leñorem, habetur; & Siguenza ipse Noster in Præstationibus memorandis, à se conditos attestatur. Sunt illa porro.

*Bellerophon Mathematicus contra Chimaram Astrologicam D. Martini à Torre. Is fuit Mathematicus alter ille, qui Expositionem Philosophicam Nostri adversus inauspicatos Cometas oppugnat.*

dam suscepit, cuique laudato urbanissime, & apud Jucatanum in Portu Campeche agenti, Opusculum destinavit, argumentis sat superque illius occurrentis, ut iple in Libra sua Carolus monet pag. 19 n. 28: de quo que Guzmanius scripsit, subtiliora quæque Trigonometriæ pro Cometi vestigandis inventenda in eo esse, dolens intercidisse pulcherrimum alium

*Tractatum, seu Methodum à nullo tunc usque Professorum Mathematicos abhilitam pro Solis deflectionibus computandis in gradu nonagesimo idque genus alia oppido subtilia & astrusa complexum.*

Illus D. D. D. F. Antonius de Monroy in Censura superiori à nobis memorata, unà cum Poemate Xaveriano Oppellam Nostri aliam approbat, quam inter edita ejus vidimus nunquam, cuique titulus fuerat

*Apologeticum pro Vere Indico, seu de Guadalupia Imagine Poemate.*

*Ciclographia Mexicana, seu Annus Mexicanensis, id est, Methodus pro censendis annis, mensibusque & diebus putandis, quam & Mexicanæ & universim politiores Septentrionalis Americe Indi adhibuerunt, usque ab eorum in ipsam migratione, duce Teochichimecatl, paulo à Babylonica confusione Linguarum. Opus hoc non quidem magna molis, at moliminis certe maximi, improbique laboris, eruditiovis vastissimæ, à se*

etum testatur laudatus supra D. Sebastianus de Guzman & Cordova. Porro ab eiusdem & antiquitatis caligine involutas computationes is unus Siguenza bono in lumine potis fuit collocare, qui immensa de priscis Indorum rebus eruditio, eorumque chartarum & enigmatum scientia multorum diligentia annorum comparata, aliarum peritiam Historiarum adjecterat, insignemque in Mathematicis disciplinis doctrinam. Hinc factum, ut Orientalium Nationum in constituerendis annis ordinem, quem habuerat perspectissimum, cum antiquissimorum Mexicanorum tabulis compoluerit: rebus comparavirit: atque a notatis in Kalendario Indico Solis Lunaeque defectionibus, Cometsque insignioribus, quæ non nisi tali anno & tali poltdiluvianis observata ab Astronomis fuerat atque in Libros redacta, recte denuo confecutione Mexicanæ initia Nationis, nostratumque epocham Americanorum circiter post divisas in Orbe è Babylonica confusione gentes intulerit. Quod & praæcitus Guzmanius, & Editores Authoresque Epitomes Pinelianæ col. 778 monuerunt; quibus addimus Doctorem Joannem Francicum Gemelli Careri Italum, in Orbis gyro à se tertium cuso Neapoli apud Felicem Mosca 1721 part. 6 lib. cap. 6. pag. 60. Siguenzam uidantem cum ab cruciacione &

diligentiâ, tum ab urbanitate & liberalitate in rarioribus & pretiosissimis Indicarum rerum notitijs secum communicandis, cui que accepta refert quacumque in eo sexto Volumine de Mexicanorum antiquis monumentis scribit. Signatum toto eo cap. 6 à pag. 50 usque ad 61. Ciclographiam Mexicanam explicat Iralo sermone, atque ob oculos ponit pulcherrimam laminam Circulum demonstrante, ut à Nostro acceperat. Mexicanorum annum, ingeniosissime appositis Symbolis, a priscis excogitatibus Indis nostris praferentem. Atque, ut qui viderat Librum, in eo Siguenzam uti Sacrae paginae testimonij, Indorum traditionibus, depictis chartis & Hieroglyphicis gentis singularissimis, tellis est. Multa præterea in eodem Volumine Gemelius capp. 4. 5. 7. 9. alijsque ex his refert quæ ab Amico suo Siguenza dono habuerat.

Indicati haec tenus Nostri fontes in eximium Opus alterum excreverunt, de quo & ipse Siguenza meminit in Praefatione ad Paradysum Occidentalem, omnians, non absque egregio dolore suo, secum illud consipendum; & Guzmanius in sepius memorato Proæmio à se lectum fuisse, paratumque prælo testatur, ex quibus & Betancurio, in Epitome Occid. Biblio. col. 713. abijt, notantibus editoribus, haberi etiam Libri memoria in Additionibus MSS. Biblio. D.

Nicolai Antonij. Titulus vero Operis ita habet hispano sermone

*Imperium Chichimecum in Septentrionali America conditum à primo in eam deducente coloniam Theochichimecatl, auctum amplificatumque ab Ulmeis, Tultecis, & Acoluis, ratum denique ab Mexicis Culibus, &c. Titulo respondebat Opus, quod Nationes inter discrimina signabat, unius mores cujusque ritusque cerebat, & ad militiam spectantes, & politica concrenentes, & sacris devotos. Accedit eadem lingua*

*Occidentis Phenix S. Thomas Apostolus, nomine Quetzalcoatl, inter antiquarum cineres traditionum inventus, conservatus in lapidibus & carminibus Tultecorum, & Theochichimecorum ac Mexicanorum cantis. Hujuscem pariter Libri Author ejus Siguenza in Praefatione Paradyxi Occidentalis, & Guzmanius in Proæmio Libri Astronomicæ meminere, itemque Betancurio dato supra loco, & in Epitome Occid. Bibliotheca, Pinelus unusque ex illis Libris erat prælo dispositus, quos egrè tulit Carolus non in publicum Theatrum exire. Ejus Argumentum in prædicationem S. Thomæ Apostoli ad Septentrionalem usque Americanam nostram productam inquirebat, atque multis undique conquitis momentis, primum Apollos per omnem, quæ late patet, Orbem effusos Author probabat: mox Americanam nostram non perinde antiquis incognitam penitus suis*

fe agebat; denique S. Thomam, e duodecim Apostolis unum, in eam migrasse, quem nomine Quetzalcoatl, Indi signaverant, collatione utriusque facta, nominis, vestimenti, doctrinae, vaticiniorumque concludebat; expensis quæ peragravit locis, rimatis reliquis a se veltigis, potentisque in lumen eductis, e discipulis, ut minimum quatuor in hisce Regionibus christiane institutis.

*Theatrum S. Metropolitanæ Ecclesiæ Mexicanae, quod magna ex parte scriptum jam à se eis monuit in Praefatione Paradyxi Occidentalis: cujusque praæcitus Guzmanius attestatur multa ab Authorē absoluta & polita jā cíci: multa in Notis habita, nec pauca adhuc desiderari è plurimis quæ sibi Carolus ornanda præscriptis, hoc est, omnibus naturalibus, politicis, sacris, militaris, & minutioribus quibuscque amplissimæ Urbis Mexicanæ, quam deperibat, Patriæ suæ ornamenti, in quæ summari in muchis plusquam integrum paginam Guzmanius intulit; & hoc opinamur Theatrum nomine Historiæ Mexicanæ ab nepote memorato Caroli designari, ex his quæ subdit ad intexendam illam patatis. Et nisi fallimur Theatri hujus fragmenta sunt folia sex, quæ vidimus in Oratoriæ Bibliotheca Mexicanæ, Caroli pulcherrimæ litteræ, quam noscimus, scripta, & cum alijs monumentis MSS. compag-*

nata corum Tom. 2 in folio. Nam & Academie Mexicana natale solum, & Valerudinarium à Puriſſimā Conceptione dictum, Cortezij ſumptibus & pictate conſtrūtum, idque genus alia duodecim ille pagina continent.

*Historiam Regia ac Pontificie Universitatis Mexicanenſis primo inter MSS loco Nopos ipſe recenſer, quam ad medium uisque aſſerit ductam fuſſe, laterēque ipſum ubi aut pefies quem tandem illa eſſet, apud ſe autem habere dicit.*

*Historicam narrationem ſeditionis Indorum Mexici factæ anno 1692. Testimonia & Opuſcula multiplices argumenſi;*

*Varia eruditioſis Tomos 5 in 4. Opellis maiorem partem Siguēzæ conſtantēs, & aliorum conſuetudine ac ingenio junctorum ſibi Sodalium, dono ſe de diſſe Medicinae professori notiſiſmo D. Ignatio de Anzures, ē cujuſ defuncti Bibliotheca in qua migraverint ignoramus.*

*Animadverſiones marginales in Historiam Mexice Expugnationis Bernardi Diaz del Caſtillo, itemque in Libros Monarchie Indice P. F. Joannis de Torquemada, Nopos ipſe Gabriel Amico, cuius retinet no-men, Novę Hispanię Historiarum amantiflmo, uſui eſſe voluit,*

*Tribunal Historicum addimus, cui ultimam Carolus manum imponebat eo tempore quo D. Iosephus de Lezamis, Mexicæ Can-dans Ecclesia Parochus, Va-*

tam S. Jacobi Apostoli conſcribēbat, ut iſi in Proemio ad Lectorem inquit, atque ex Operे illo, Critico certè, ſe accepisse aſſerit quod in altera à ſe condita Vita Illmī. D. D. Franſelci de Aguiar & Scixas, obiter inſinuaverat, primam Mexici edificatam Eccleſiam fuſſe Parochiam S. Jacobi nomine inſignem, eō in lo-lo quod in præſentiarum Cœm-terium eſt Cathedralis Eccleſia, ſeu ampliſſimum ejus Vestibulum, ut teſtimonijs Antonij de Her-rera, Torquemada, Ferdinandi Cortezij, & Bernardi Diaz del Caſtillo, alijsque monumentis Siguēzæ ē Tribunal illo pronuntiat.

*Historiam Provincie Caroline dicende vulgo appellat de los Texas, Amplam ipsam eſſe aſſe absolutam Carolus ipſe docet pag. 72 Trophai, runcque edendam cum ei viſum fuerit, qui ſcribere juſlerat, Excmus. uti remur, Comes de Galve, Pro-Rex. Eam mores incolarum & reli-gionem, politicam, cunctaque gentis lectoribus exhibere ibidem ſubjūxit.*

*Genealogiam Imperatorum Mexicanenſium inter MSS, Noſtri re-cenſer Pinelus col. 599 ex Betancurtio in Theatro Mexicano part. 1. tract. 1. cap. 23. pag. 52. n. 184 & 189 teſtante jam pridem eruditissime intextam ab Amico ſuo Siguēzæ ē cujuſ Codicibus ea ipſe libarat, que ibidem in-cidenter tradiderat. Utrum au-tem Opus hoc pars sit alterius*

de

de Imperio Chichimecorum, an omnino diverſum parum quidem interſt, nec diuinare licet. *Vitam Illmī. D. D. D. Alphonſi de Cuevas Davalos Archie-piſcopi Mexicanii inter MSS, Caro-li Pinelus enumerat col. 840 Be-tancurtium citans, qui in de Ci-vitate Mexicea traſcatu pag. 25. n. 126 ſperabat à Siguenza eden-dam, ipſeque Siguenza in Trium-pho Parthenico fol. 87. col. 2. vitâ comite, ſe eam ſcripturum promiferat; ſuſpicamur tamē, alijs præpediūt elucubrationibus & negotijs, Vitam illam inter op-tata reliquife, quodd a nullo ha-ctenus audierimos vōti tandem hujus compotem fuſſe, inhiān-tesque plures Vitæ, quam ſcimus ſcriptam à D. Bartholomaeo Ro-sales, Siguenzam nullibi Codic-em ſuſpicentur.*

*Tractatus de Sphera 200 circu-terfolijs conſans ipſiusque Siguēzæ charactere exaratus, quandam apud Bibliothecam PP. Franci-cañorū de Tlatelolco erat, qui & ſi nos ſugerit, aſſervatos in ea Codices indagantes, inibi viſus fuerat à D. Franciſco de los Rios, Tertij Seraphici ordinis, Bibliop-la, viroque multa eruditione po-lloqne, fideque digniſſimo, qui ea de re, ſi opus eſſet, jurato teſtimonio terendo paratus erat.*

*Oratio Fuñebris panegyricaque celeberrima Mexicana Poetria Joan-na Agneis à Cruce Monialis ad S. Hieronymi litteris & virtutibus celebrandis inedita inter Caroli re-*

cenſetari, quam Orationem eru-ditam & egregiam appellat Illmī. D. D. D. Joannes de Caſto-rena ad calcem Tomi tertij Operum Joanne Agnetis, quorum editionem accuravit apud Man-tuanum Carpentanorum. Hic por-tò, occaſione nobis oblata, libet Hispanam poeſim lectoribus dare ejusdēm notiſiſma Poetriæ, in-ter editas non extantem, ad No-strum transmiſſam officij ergo quod Politicarum Theatrum vir-tutum ab ipſo recens editum do-no ei misericit.

*Dulce canoro Cifne Mexicano, cuya voz ſi el Eſtadio lago oyera, ſegunda vez à Euridice te diera, y Segunda vez el Delfin te fuera humana. Aquen ſi el Theſeo moro, ſiel Thebano, el ſer en dulces clarulas debiera, ni à aquell el Griego incendio coſumiera, ni à eſte poſtrara Alexandrina mano. No el jacio numen con mi voz ofendos ni el que pulsan divino plectro de oro, agrefie vene concordar pretendo. Pues por no profanar tanto decoro, mi entendimiento admira lo que entiendo, y mi ſe reverencia lo que ignoro.*

Ad extreum, Scriptis Caro-li ſubnecimus allorū quæ ipſe ingenti ſumtu & labore colle-gatas authographa monumenta, teſtamento ſuo conſignata Maxi-mo SS. AA. Petri & Pauli Soc. JESU Collegio Mexico 28 Vo-luminibus comprehensa, que ne-poſ ejuſ & exēcutor ſtatim ſa-pientiſſimiſ PP. tradiſit una cum ſelecțiſſimiſ alijs Libris 470 ope-nibus ab avunculo itidem eis le-

CA

gatis, ut in Nuncupatoria superius memorata Orientalis Plana-  
ta scripsit. E MSS his duodecim in folio Voluminibus, 8 in Bi-  
bliothecā vidimus ejusdem Co-  
legij instruētissimā, ceteris nos  
fugientibus, aut forsan alio trans-  
latis, aut inibi quidem existentib-  
us, nullo tamen pro eis distin-  
guendis signo tanquam Colle-  
ctionis Siguenzanæ corporibus,  
aut demum furtim ablatis. Octo  
illa Volumina in folio hunc in  
Bibliothecā sillabo titulum ha-  
bent: *Historia Mexicana*. Ex illis  
gemina Ephemerides sunt à Marti-  
no del Guijo Præbytero Me-  
xicano collectæ, de quo Autho-  
re & Operè in loco dicemus. Tria  
hoc præferunt nomen: *Frag-  
mena Historia Mexicana*. Quæ  
sunt reliqua ejusdem argumen-  
ti multiplices Codices exhibent;  
atque ex his omnibus habe-  
mus antiquas Historias, pri-  
stinasque Indorum Scriptorum  
reliquias, partim elucubratas, par-  
tim collectas à D. Ferdinando de  
Alva, Régij generis & multa erudi-  
tionis Indo: à D. Dominico  
Chimalpain, Indo itidem præ-  
nibili & docto, & ab alijs in  
decurso nominandis, quas pers-  
pectas habuit, & è quibus pro-  
fecit Eques Laurentius Boturini  
pro Catalogo suo Musæ Histó-  
rici.

Jam, ut eos sub aspectum si-  
mul ponamus qui Noltri in edi-  
tis libris meminere cum laude,  
dunt ij. Doctor D. Joannes Fran-

CA

ciscus Gemelli Carteri, Italus, in  
Opere supra memorato part. 6.  
lib. 1. cap. 6. pag. 60. & lib. 2.  
cap. item 6. pagg. 149 & 151 &  
alibi. Nominatus mox Boturini  
in Idæ novæ Historiæ generalis  
Americæ Septentrionalis pag. 48.  
§. 8. n. 3. & pag. 54 §. 10. n.  
5. & pag. 125. §. 16. n. 22. pag.  
43. §. 6. n. 5 & in Musæ Iu-  
signatam §. 4. n. 5. & §. 24. n.  
6. & §. 35. n. 5. D. Salvator Jo-  
sep Mañer in Antitheatro Critico  
Tom. 2. Volumine 1. discurs.  
7. pag. 123. primos eum inter  
Hilpanos Mathematicos jure re-  
cenfens. Betancurtius jam supra  
allegatus: D. Antonius de Leon  
Pincio in Epit. Bibliot. Occid.  
additæ multis in locis, videlicet  
col. 581. 599. 601. 609. 706.  
713. 743. 755. 778. 840. 859.  
Illiñus. D. D. Castorena in fun-  
atio jam tom. 3. Joanne Agnetis  
Operum. P. Franciscus Florencia  
in Hilt. Guadalupanæ Virginæ  
Imaginis cap. 15. fol. 94 col. 2.  
n. 194. & n. 195. 200. P. F.  
Isidorus. Felix de Espinosa in  
Chron. Apóst. & Scrabiphis Colle-  
giorum de Propaganda Fide Ord.  
S. Francisci, statim pag. 1. & alibi.  
D. Caietanus Cabrera, Opere &  
locis citatis. Editor Authorqué  
admodum accuratus & studitus  
pulcherimi Libri de Indorum No-  
vi Orbis origine à P. Gregorio  
Garcia Ordinis Prædicatorum  
jam inde ab anno 1606 conditi:  
Nostri eximio meminit cum ho-  
nore pagg. 308 & 310. Editio-  
nis

CA

nis Madritanæ Francisci Marti-  
nez Abad 1729. D. Gabriel de  
Cardenas indicatis superius lo-  
cis. Plaza in Chronicis Univer-  
sitatis Mexicæ Lib. 5. cap. 16.  
p. 204. Et alibi.

676

D. CAROLUS DE TA-  
PIA CENTENO, Natione Mexi-  
canus & Patria, inter alumnos  
Regij Tridentini Seminarij Co-  
llegij Metropolitanæ Ecclesiæ à  
S. Paulo & Purissima Conceptio-  
nē nuncupati, adscriptus, post na-  
vatam Humanioribus litteris ope-  
ram, Philosophiam excoluit at-  
que Theologiam, & utriusque  
laureas Facultatis in Academiâ  
Mexicanensi merito tulit. Adhac,  
geminum, ex Americæ nostræ vi-  
gentibus, Idioma penitissime ca-  
lluit, Mexicanum videlicet &  
Guastecanum, quo nomine, do-  
ctrinæ haud quaquam vulgari  
conjuncto, & decentibus Paro-  
chium moribus, Curio datus est  
canonico titulo Ecclesiæ de Tam-  
pamolon dicta, multis ab Urbe  
nostra dissita parasangis, Judex  
que Ecclesiasticus à Diocesano  
Presule fuit institutus. Utrique  
exactissimè incubuit muneri, ut  
authenticis documentis fit palam.  
Parochiale cæterasque subjectas  
sibi Ædes sacras refecit, multisque  
ornavit. In Sacramentorum admi-  
nistracione sedulus & populorum  
instructione christianâ, multis  
pro tradendâ doctrinâ, vitijs era-  
dicandis, & foventâ pietate agebat  
iconcionibus Guastecanâ lingua à  
se habitis. Ut est autem illa se-  
tu

CA

pronunciatuque difficillima,  
præter Cathechismum ea confi-  
criptum à P. F. Joanne à Cruce,  
Libri erant nulli, ne quidem pro  
ipso addicendâ Ars seu Gramma-  
tica, cuius notitiam habeamus.  
Ille primus varios, infra recen-  
fendos, condidit editurus, jam  
que Superiorum iusu revisos &  
approbatos, obtentisque de more  
Licentijs, penes se retinet. MSS  
quos attente evolvimus & per-  
peximus, quod is qui sumptus erat  
suppedituratus, Meccenas favetis-  
simus (in cuius aliquando Familia  
fuerat) Illmūs D. D. D. Joa-  
nes Ignatius de Castorena Epil-  
copus Jucatanensis, citius exces-  
serit.

677 Parochiam ultrò dimi-  
fit, quam rexerat plaudentibus  
incolis & conterminis Religio-  
nis PP. Franciscanis, quorum le-  
gitimus testimonia. Mexici testi-  
tutus, Collegium incoluit Præb-  
terorum à S. Petro dictum, do-  
nec Cœnobio Monialium S. Ag-  
netis præfectus, sacris eis mini-  
strandis operam dare cepit, per-  
gitque in præsentiatum. Tum in  
Universitate, periculo facto, alios  
inter candidatos Cathedram Me-  
xicci Idiomatis regendant petivit,  
Antecessorq[ue] Perpetuus fuit re-  
nunciatus. Porro, quotidianis pre-  
lectionibus Academicis docendi  
ergo auditores illuc imbibendi  
gratiâ Mexicæ linguæ conflu-  
entes, instituendis similiter Colle-  
gij Seminarij, memorati superius  
alumnis Magister ab Illmo. An-

Ggggg

chica-

chiepiscopo constitutus, alias itidem quotidie lectiones adjungit. A Secretis perillustris Divi Petri Congregationis jam diu est, atque ut litteras graphicè & facili negotio depingit, id muneris, aliaque expedite negotia pertranscat, interque Examinatores Synodales censetur.

Scripta ejus supra insinuata, à nobisque vīla hēc sunt.

*Notia Idiomatis Guastecani, seu Grammatica pro eo addiscendo.*

*Catechismus, seu Doctrina Christiana eo idiomate tradita, & juxta S. Concilij Mexicanici decretum disposita. Enchiridion, seu Manuale itidem Guastecanum pro Sacramentorum administratione.*

*Dictionarium Guastecano-Hispanum.*

Procmij loco Tractatum habet hispano sermone

*Paradigma Apologeticum, in quo Regionem Guastecanam, hactenus ob intemperiem aliaque incomoda male audientem, vindicat, accurata descriptione, critisque eruditâ, evellendi ergo prejudicia, invitandique Sacerdotes in ejusdem incolarum culturam. His annextum MSS*

*Sermones varios, tum hispano, tum Mexico, tum Guastecano idiomate scriptos, in scrinijs suos habitos. Edidit*

*Artem pro imbibendâ Lingua Mexicanensi, è suggestu dictata. Mexici, typis V. D. Josephi Bernardi de Hogal 1753. in quarto.*

*Pollicetur in hujus Libri processu*

*mio*

*l. 22238*

*Dictionarium Lingue Mexicana copiosum.*

*Sacramentorum materias, formas, eorūdemque administrationem, Catechismum & Christiana dogmata ad salutem necessaria idiomate itidem Mexicano.*

1678 F. CHRISTOPHORUS DE AGUERO, Natione Mexicanus, Patentibus Petro de Aguero & Bernardina de Avila, è S. Ludovici à Pace Urbe nostra oriundis, genitus, apud Antequeram Goaxacensem Ordinem Præd. in Cœnobio S. Dominici professus est 20 Octobris anno 1619. Statim à tyrocinio egregiam virtutis & doctrinæ specimen dedit; quo ab soluto, initiatusque Sacerdotio, imbibendâ lingua Zaapotecana Vallis se dedit, quam adeò perfectissimè calluit, loquebatur, & scribebat, ut ejusdem Cicero audierit: Tanto verò ejus usu fuit in prædicatione Evangelica, ut meritò gradum Concionatoris Generalis in eo Idiomate tulerit, priusquam tradendæ Philosophiæ præfectus fuerit. Hujus Cathedram, concursu facto candidatorum in memotato Antequerensis Cœnobio, Scholatum more petivit & tenuit: moxque ut faustè auspiciatum Cursum absolverat, Theologiam tandem ibidem docuit, donec præscriptos pro fere Magisterij laureâ annos explevit, suaq postulante Provincia id honoris fuit assecurus. Dein Praeceptor institutus Zaapotecani Idiomatis, illud Sodalibus non sine fru-

fructu exposuit, Indisque juvandis in factorum administratione, quam pridem tenuerat, ex animo incubuit. Ubi varias Familia Domos egregia laude rexerat, Primario, hoc est, Antequerensi Cœnobio non semel & iterum, sed tertio etiam Prior datus est annis 1654, 1660, & 1671 electus. Magnis, quæ molitus est & perfecit, ædificijs inclaruit, nec minus efusus à religiosa in aliendis fratribus abundantia, qua in obeundis ministerijs illos reddebat alacriores. Provincialis quamquam munus non exercuerit, tulit tamen honores, pro ut in Comitijs Ordinis generalibus Romæ habitis anno 1670 cautum fuit sequenti edita Ordinatione pro Goaxacensi Provincia: Ratio nem habere volentes laborum ac meritorum R. A. P. Mag. F. Christophori de Aguero, qui per quadragesima annos Ministerium Apostolica Missionis inter Indos tam laudabiliter, tamque fructuose exercuit, Librosque perutiles pro omnibus Evangelij Ministris in lucem edidit: nec non plura beneficia Provincia contulit, tum in officio Prioris Principalium Conventuum, tum in munere Vicarij Provincia quod per tres vices obtinuit: Ad ejusdem Provincia petitionem, Presenium tenore prædictum R. A. P. M. cooptamus ac numeramus inter Patres Provinciae ac si extitisset Provincialis &c. Vivebat anno 1673, scripseratque idiomate Zaapotecano

*Miscellaneum Spirituale Idiomata*

te Zaapotecano. Continet autem Liber: *Quindecim Mysteria SS. Rosarij, & pro singulis Orationes: Praecipuas pro Rosarij Confratribus indulgentias: itemque 16 Exempla eò attinentia. Pias aliquot pro vita & supremo agone precatioes. Catechismum totius Doctrinae Christianæ, Methodum pro Sacramentali Confessione, ab ijs terendam, qui eidem operam navant Lingue addiscenda. Mexici, typis Bernardi Calderon. 1666. in quarto.*

*Panegyrim à se habitam (hispano sermone) pro Comitijs Provincialibus Goaxaca celebratis 27 Maii 1666. Mexici, ex eadem Officina eodem etiam anno.*

E Facultate concessa pro editione Miscellanei mox dicti ab Illmō. & R. D. M. D. F. Thoma de Monterroso Episcopo Antequerensti eruitur scriptum ab Authore jam fuisse

*Dictionarium Lingue Zaapotecana, & Opera alia pro Dei gloria & animarum zelo elucubrata.*

Supersunt Authoris manu scripta sequentia.

*Evangelia quadragesimalia reddita, ut credimus, sermone Zaapotecano, laminisque in principio cuiusque appositis in octavo. Extant apud Patres Goaxacenses. Quod tamen Opus usui esse nulli poterit citra S. Inquisitionis privilegium, cuius Regulis Indici Expurgatorio præmisit, Translationes cujusque Sacrorum Bibliorum Libri in vulgaria Idiomata sunt prohibiti. Hispana autem juxta Za-*

Zapotecanâ dictione scriptis.

*De Passione Domini nostri Iesu Christi.* in 4. Habeturque Opusculum ab eisdem Sodalibus, ut ex eorum narratione accepimus.

679. FR. CHRISTOPHORUS A. S. ALBERTO, Mexicanus saltem Domicilio (nam Patria ejus & Natio nos fugiunt) Professio ne Carmelitanus nudipes Provinciae S. Alberti Mexiceæ, scripsit.

*De Logica, sive Dialectica, seu de modo sciendi Libros tres in quarto.*

*Logicam majorem* in quarto.

Nec dubitamus reliquos pro Cursu Philosophici complemen to Tractatus pariter scriptis, praeter memoratos autem a nobis vi fos in Bibliotheca Collegij Theologorum ejusdem Instituti ad S. Angelum alias non invenimus.

680. F. CHRISTOPHORUS DE BARRIOS, Natione & Patria nobis incomptis, Domicilio ut minimum Mexicanus, Provinciae S. Evangelij Franciscanorum de Observantia alumnus, reliquit in schedis, quæ in Bibliotheca Collegij S. Jacobi Tlatelolcani evoluimus.

*De Virtutibus excerpta varia è Sacris Libris & Ecclesia Patribus.* in octavo.

681. D. CHRISTOPHORUS BERNARDUS DE LA PLAZA ET JAEN, Natione Mexicanus & Patria, nobilibus usus genitoribus, ex Universitati natus, cui futu rius erat à Secretis in annos plu-

res, in ejusdem Ædibus, Parenti item Christophoro eo defun genti officio concessis, natus 9 Junij 1639, statim ad januam Au la Theologicâ salutaribus aquis ablurus manu Primarij ejusdem Facultatis Antecessoris, dein Epis copi Habanensis D. D. D. Nicolai de la Torre, renatus fuit, quod vix ineunzi vita funus im minet, præmatureque ad limen staret. Confirmata valetudine, atque egressus puerilibus annis, latine institutus Philosophia operam dedit apud Academias & Collegij Maximi Soc. JESU Gymnasio, donec absoluto curriculo Baccalaureus fuit esformatus. Tum civilibus negotijs agendis Patris operâ admotus, Praetorem etiam Oppidi de Cempoala egit Pro-Regi Mexico commendatus ab Hispania Reginâ, tunc rerum potiente, data Schedula 12 Julij 1672, eo nomine quod clero esset sanguine & majorum gestis conspicuus. Ut verò & genitor ejus & avus totos 67 annos exactissimè fuerant à Secretis Academicis, plenus Doctorum Magistrorum Confessus 7 Augusti 163 Nostrum, etiamnum vivo Patre, ejus habere vicis voluit, illo ergo valetudine præpedito, cum jure futura successionis, mo dò Regiam tituli procuraret & teneret confirmationem. Placuit quidem Catholico Regi nostro Academicum Senatus consultum ratum haberi, ut subinde Nostri annis 15 genitori agrotanti suf fe

fetus, eodem vitâ functo, à die 18 Januarij 1678 proprio no mine id officij sit executus, nec sine laude, quod strenue usus provinciâ fuerit, Universitatis honori studuerit, piumque ac religiosum se in actis prestiterit. Adversus Purissimam De parentis Virginis Conceptionem egredi devotus, annos reditus perpetuos designavit pro sex ta celeberrimi octidui agendâ solennissimè die in Sacello Academico ab Regali D. Ildefonsi Collegio, alumnis ejus rem divinam cum canu fakturis, concionaturis, & frequentissimâ, ut sit, corundem, omniumque Academicorum & Religiosorum hominum coronâ, Immaculatae Virginis gloriae applaudentibus, No strumque, ut par est, amoris ergo & gratitudinis memoran tibus. Eo etiam tirulo de Universitate benemeritus fuit, quod ejusdem monumenta collegerit, & in annos redacta concluderit Volumine in folio à se scripto vernaculo idiomate, cui titulum dedit

*Chronica Regiae & insignis Uni versitatis Mexiceæ Nova Hispaniae ab anno 1553 ad usque 1687. Ex rat Operis in Libros quinque di stributi authographum, pariter que Exemplar, in Archivio ejusdem Universitatis.*

D. Antonius de Leon Pinelo in Epit. Bibliothecæ Occidentalis Matritanaæ Editionis 1738 col. 800. meminit

*Entrationis Mexicanae Uni veritatis ejusque Virorum conscri pte infol. à D. Christophoro Bernardo de la Plaza, duclaque ad annum 1646 quæ MSS Extat in Biblio. D. D. Andreæ de Barcia Regij Consiliarij. Utrum autem ea frag mentum sit Chronicorum No stri, an Opusculum aliud: item, sit nec ne à Nostro profecta, an ab ejusdem Parente eisdem no minibus & agnomine insignito, discernere nequimus, cum prætermitti potuerit in ea cognomen secundum Jaen, quo uno Christophorum filium à Parente Christophoro fas esset nobis discrimi nare.*

682. D. CHRISTOPHORUS DEL CASTILLO, Natione Mexicanus, Hispano Parente, Matre India natus, Mexici, an alibi nescimus, scripsit, ut videtur, Idio mate hispano

*Historiam adventus Indorum Me*

*xicanensium in hanc, quæ Mexica*

*na est, Regionem.*

Operis & Authoris meminit P. Franciscus Calderon Societas JESU doctissimus Theologus, in Libro MSS quem legimus, de Voragine, à Pantilam dicta, pro exonerandis Mexicanis lacibus, cap. 5. inquiens, anno quo scribebar, scilicet 1631 vigesimali quintum compleri post Christophori funus, obiisseque octogenarium, & ejus Historiam MSS levvari in Bibliot. Collegij de Tepozotlani ejusdem Societas.